bus vel semel Romæ, seu antiquæ Græciæ) merito coronati, non æmulis corruptis ac redemptis probentur: civilium munerum tribui [1] solet vacatio.

## TIT. LIV.
## DE HIS, QUI NON IMPLETIS STIPENDIIS SACRAMENTO SOLUTI SUNT.

*Infamia removet quem ab honoribus, non a muneribus, & gravamine.* Bart.

1. Imp. ANTONINUS A.

IGnominiæ [2] causa sacramento liberati honoribus abstinere debent [3]: a muneribus autem civilibus excludendi [4] non sunt.

*Causarie missus ante finem militiæ, a muneribus excusatur, non tamen habet privilegia veteranorum, licet habeat vacationem.* Bart.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Caro.

CUm ob provectæ ætatis senium sis dimissus: honestam [5] missionem confecutum te esse ambigi non potest. Habebis itaque a civilibus muneribus, necnon etiam honoribus vacationem: non tamen ea privilegia, quæ his competunt, qui pleno stipendiorum numero funguntur, usurpare te jus permittit: quando non perfecto [6] statuto militiæ tempore, nec omnibus stipendiis decursis, sacramento solutum te esse etiam ipse confitearis.

3. Iidem AA. & CC.

VEteranis [7] ita demum onerum & munerum personalium vacatio jure conceditur, si post [8] vicesimum annum [9] militiæ, quam in legione, vel vexillatione [10] militaverint, honestam vel causariam missionem consecuti esse ostendantur. Unde cum te in cohorte militasse commemores, intelligis supervacuo vacationem tibi velle flagitare.

## TIT. LV.
## QUIBUS MUNERIBUS [11] EXCUSENTUR HI, QUI POST IMPLETAM MILITIAM [12] VEL ADVOCATIONEM PER PROVINCIAS SUIS COMMODIS VACANTES COMMORANTUR [13], ET DE PRIVILEGIIS EORUM ET DE CONDUCTORIBUS [14] VECTIGALIUM FISCI.

*Deest sub hoc titulo constitutio 1. Græca, cujus sententia iis verbis expressa est ex lib. 54. Βασιλικῶν, tit. 7.*

QUi militiam, vel advocationem impleverunt, præter ea privilegia, quæ jam adepti sunt, nec frumenti, aut olei comparandi curam, vel inspectionem operum, vel ratiocinium, vel defensionem civitatis vel patris [15] civitatis munus, vel curationem Reip. vel curationem annonæ exerceant, sed & habitent ubi voluerint, nec præsidibus ultra portas occurrere, nec ad curias sive collegia vocentur inviti, vel nominentur, vel nominent, nec descriptiones præbeant consuetudinum, vel spectaculorum nomine. Unam domum quoque habeant liberam onere suscipiendorum militum supervenientium iis, qui in locis versantur, dignitate aliqua præditis fuam immunitatem obtinentibus. Hæc enim Constitutio priora beneficia auget, non minuit. At fiscalia tamen præbeant, & honorent præsides, ac vicissim honorentur ab eis. Qui hanc Constitutionem violarit, aut violari permiserit, quinquaginta librarum auri multam sustineto.

*De conductoribus vectigalium fisci.*

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC.

NOn [16] alios a muneribus & honoribus [17], vacationem habere, quam qui mancipatum [18] suo nomine vectigal a fisco conducunt, certum est. Quare eos, qui ab his quædam exercenda accepiunt, nullis privilegiis esse munitos haud dubii juris est.

## TIT. LVI.
## DE LIBERTINIS.

*Libertini non habent excusationem a muneribus.* Bart.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Bucillo.

COnditio libertinitatis [19] de muneribus civilibus [20] tribuere non potest excusationem: nec in ea quidem civitate, ubi domicilium libertinus habet.

## TIT. LVII.
## DE INFAMIBUS [21].

*Infames removentur a dignitatibus: non a muneribus realibus, vel personalibus.* Bart.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. [22].

INfames [23] personæ licet nullis honoribus qui integræ dignitatis hominibus deferri solent, uti possint: Curialium tamen vel civilium munerum [24] vacationem non habent, sed solennibus [25] indictionibus ob tutelam publicam eos satisfacere necesse est.

## TIT. LVIII.
## DE REIS POSTULATIS.

*Pendente processu criminali, non potest quis ad honores vocari.* Bald.

1. Imp. ALEXANDER A. Martiano.

REos [26] criminis postulatos, novos honores appetere non debere [27], antequam purgaverint innocentiam [28] suam, & a divis parentibus nostris, & a me sæpe rescriptum est. Dat. 6. Kal. Mart. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS.

## TIT. LIX.
## DE HIS, QUI IN EXILIUM [29] DATI VEL AB [30] ORDINE MOTI [SUNT.]

1. [31] Imp. M. ANTONINUS A. Diogeni [32].

QUibus posthac [33] ordini suo, vel advocationi ad tempus interdicetur, post [34] impletum temporis spatium non prorogabitur infamia.

2. Imp. GORDIANUS A.

AD tempus exulare decurio jussus, & impleto tempore regressus, pristinam quidem recipit dignitatem: ad novos vero honores non mittitur, nisi tanto tempore his abstinuerit, quanto per fugam [35] abfuit.

## TIT. LX.
## DE FILIISFAMILIAS, ET QUEMADMODUM [36] PRO HIS PATER TENEATUR.

*Qui consentit decurionatui filii emancipati, non obligatur: secus si filius erat in potestate.* Bart.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA.

PAtrem emancipato filio consentientem ad decurionatum non teneri, dubii juris non est: tunc enim consentiendo pater ad decurionatum obligatur, si filium in potestate habeat. *Consentire* autem etiam is videtur, qui [37] non testificatur dissentire nominationi.

*Appellare a nominatione facta de filio, est consentire.* Bart.

2. Imp. ANTONINUS A.

CUm appellasse te dicas, ostendis causam ad te [38] pertinere [39]; potueras enim nominato filio tantum contestari, & non consentire oneri ei delato.

*Filius in potestate cum patre ad idem munus non debet vocari: secus si emancipatus sit.* Bart.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC.

SI [hi] qui cum patre ad protostasiæ [40] munus [41] vocati sunt, etiam nunc in patria potestate constituti sunt, ab hujusmodi necessitatibus liberentur, cum [42] ex eadem familia hoc modo [43] duos ad ista obsequia destinari perniquum videatur. Sane eos, quos emancipatos esse, atque ex [44] familia exiisse manifestum est, sine cunctatione retinere debebis.

*Pater non tenetur pro filio curatore creato: sed qui eum nominaverit, tenetur.* Bart.

4. Iidem AA. & CC. Alexandro.

SIne periculo tuo magistratus filium tuum curatorem constituit, nec appellandi tibi necessitas incumbebat. Sane nominator [45] qui filium in potestate positum non consentiente patre, ad munus devocavit, si tamen ex voluntate tua antea filius decurio factus non erat, detrimento muneris obligabitur.

in Græcia quatuor: Olympia, Jovi: Pythia, Apollini: Nemæa, Archemoro: Isthmia Palæmoni sacra: Archias t. *Epigrammaton.* ut hinc constet, sacra non ideo vocata, quod deorum gratia celebrarentur, quod tamen Alciatus censuit. In his autem certaminibus præmium erat sola corona. Pollux 3. 16. Plin. 4. Coronæ in olympiis, oleæ. Herodot. *Urania.* & breviter præmia superiorum certaminum oleæ, pomum, apium, picea. Archias *ibi oen.* Pausan. *in Eliacis* refert, Theagenem 1400. coronas in sacris certaminibus accepisse. Gellius 3. *cap.* 15. refert, Diagoram Rhodium tres habuisse filios, pugilem, pancratiaslem & hidromem, at cum eos omnes eodem olympiorum die conspicerent, populusque patri congratulans, undique flores in illum conjicerent, præ nimio gaudio animam effavisse.

1 Igitur non infames. *l. 11. in fin. ff. de postul.*

2 Conjunge *cum l. 1. infr. de infam. h. lib. tit. 57. l. 2. infr. de dignitat.* 3 Missio ignominiosa excludit ab honoribus, non excusat ab oneribus. *l. 3. infr. de re mil.* Mod.

4 Excusantur. *ab. excusati.* 5 Honesta missio, causaria, ob ætatem. adde *l. 9. in princ. ff. de vacat. munerum, l. 8. infr. de re militari. l. 12. tit. 36.* 6 Imperfecto.

7 Vid. *l. 7. l. 8. §. 2. ff. de vacat. munerum.* 8 Hinc colligi potest pro justo militiæ tempore viginti annos haberi. *Mod.* vid. *l. 9. §. quando provocare non est necesse. l. 1. fuger. de excusf. veteranorum.* 9 Vid. Tacit. *lib.* 1. dixi ad *l. 2. J. de re militari. l. 12. tit. 36.* 10 Graeci habent; *numero*, ut *in l. contra. J. de re milit.* qua de re vide & *l. 8. infr. de erog. mil. ann.* Mod.

11 *Al.* A quibus muneribus. 12 Superior titulus est de his, qui non impleverunt militiam, hic de his, qui impleverunt militiam vel advocationem, & nominatim exprimuntur munera, quorum vacatio jure conceditur, quæ etiam non impleta advocatione datur advocatis illustrium vel spectabilium judicum. *l. 6. §. de adv. divs. jud.* Mod. 13 Hactenus quæ præcellerunt verba, pertinebant ad Græcam constitutionem, quæ deperdita est. *Cont.* 14 *Al.* conditionibus. *Goth.* Hic est Cujacio titulus 56. qui sit *l. non alios.* initium sumptum videri *ex l. in honorib. §. non alios. ff. de vac. mun.* Mod. 15 Pater civitatis ἀναγκάζει τὸν δεσπότην τῶν κατεπιτάττων οἰκων ἀναδεῖξαι αὐτοῦ. Græci in *l. 1. fuger. de solut. & liberat.* 16 Adde *l. 8. §. non alios. l. ff. de vacat. munerum.* 17 Oneribus. 18 Id est, emptum.





## TIT. LXI.
## DE PERICULO SUCCESSORUM PARENTIS.

*Onus dignitatis quæsitæ per patrem, transit ad heredes.* Bart.

1. Imp. ALEXANDER A.

SI [1] de proprio suo patrimonio muneris editionem tuo nomine [pater tuus] repromisit [2], ideoque [3] etiam Sacerdotem te creari impetravit, onus erogationis [4] commune omnium heredum ejus esse Præses provinciæ non ignorabit.

## TIT. LXII.
## DE MULIERIBUS, ET IN QUO LOCO [5] MUNERA SEXUI CONGRUENTIA, VEL HONORES AGNOSCANT.

*Mulier in loco domicilii mariti subit munera personalia, patrimonialia vero in loco, in quo est patrimonium.* Bart.

1. Imp. PHILIPPUS A.

EAm, quæ aliunde oriunda, alibi nupta est: si non [6] in urbe Roma [7] maritus ejus consistat, non apud originem suam [8], sed apud incolatum mariti ad honores seu munera, quæ [9] personis cohærent, quorumque [10] is sexus capax esse potest, compelli posse, sæpe rescriptum est. Patrimonii vero munera [11] necesse [12] est mulieres in his locis, in quibus possident, sustinere.

## TIT. LXIII.
## DE [13] LEGATIONIBUS.

1. Imp. VALERIANUS & GALLIENUS AA.

PAter trium [14] incolumium liberorum legationibus publicis liberatur [15].

2. Iidem AA. & Valerianus C.

CUm vos proprio nomine [16] sumptus ob defensionem publicam susceperitis, id, quod ad proprias erogationes collega velter accepit, non vobis reddere heredes ejus oportet, sed si in ea causa est, ut restitui omnino oporteat, Reipub. debent potius inferre. Sane si honorariis advocatorum erat ea quantitas destinata, restitui illud vobis, qui hoc præstaturi estis, non injuria postulatis. Eum autem collegam vestrum, quem a defensione [17] patriæ [18] destitisse dicitis, apud provinciæ Præsidem desertæ [19] legationis [20] arguere potestis.

*Legatio transmarina tributit vacationem biennii: secus si proxima: quia talis legatio eam non tribuit.* Bart.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA.

TRansmarina [21] legatione apud nos perfunctos, constitutum est biennii [22] vacationem munerum civilium & honorum [23] habere, non eos, qui de proximo obsequium reipublicæ videntur exhibuisse.

*Qui dignitates suffragio receperunt, non habent vacationem a muneribus propter dignitatem: sed si legatus fuerit, habet propter legationem.* Bart.

4. Impp. CONSTANTIUS & CONSTANS AA. ad Titianum.

UNiversi omnino ex Comitibus, vel ex Præsidibus qui suffragio perceperint [24] dignitates, civilibus oneribus muneribusque teneantur adstricti: ne commoda publica cum umbraili [25] suffragiorum pactione lacerentur. Eos tamen a prædictis oneribus [26] excipi oportebit, qui in legationibus publicis versati sunt. Dat. prid. Kal. Jul. *Trium.* PLACIDO & ROMYLO CONSS. 343.

*In his, quæ publicam utilitatem respiciunt, non valet reformatio facta a provincialibus, etiam consentiente præside, nisi per præsedium, vel principem fuerit approbata.* Bart.

5. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Apodemio P. P. per Illyricum [27].

SI quod extraordinarium consilium [28] postulatur [29] cum vel ad non est mittenda legatio, vel nostræ sedi [30] aliquid intimandum: id, quod inter omnes communi consilio tractatuque convenerit, minime [31] in examen Cognitoris Ordinarii referatur [32]. Provincialium enim desideria, quibus necessaria sæpe fortuitis [casibus [33]] remedia deposcuntur, vobis [34] agnoscere atque explorare permittimus: ut sint [35] examinis tui, quæ ex his auxilio tuo protinus implenda sint, & quæ clementiæ nostræ auribus intimanda videantur. † In loco autem publico de communi utilitate [provincialium [36]] sententia proferatur: atque id, quod majoris [37] partis probaverit adsensus, solennis firmet auctoritas. Dat. 5. Kal. Aug. *Constantinop.* ARCAD. A. II. & RUFINO CONSS. 392.

*Non debet mitti legatio ad principem, nisi de voluntate concilii & auctoritate superioris.* Bart.

6. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Monaxio P. P. [38].

QUotiens [39] [ab Alexandrina civitate [40]] legatio destinatur, universos curiales præcipimus, qui intra urbem consistunt, si non ægritudine vel alias excusabili [41] necessitate impediuntur, in locum curiæ convenire, & decreta sua propria subscriptione firmata viro spectabili Præfecto Augustali insinuare, ut ejus relatione comitati, tuis virtutibus suas petitiones intiment: & sub examine tuo perpensa legatione res ordinetur. Dat. 3. Non. Octobr. *Constantinop.* DN. THEOD. A. VII. & PALLADIO V. C. CONSS. 416.

## TIT. LXIV.
## DE EXCUSATIONIBUS ARTIFICUM.

*Hic expressi habent immunitatem a personalibus muneribus, tam discipuli, quam magistri.* Bart.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Maximum [42].

ARtifices artium brevi [43] subdito [44] comprehensarum, per singulas civitates morantes, ab universis muneribus vacare præcipimus: si quidem in discendis [45] artibus otium sit accommodandum: quo magis cupiant & ipsi peritiores fieri, & suos filios erudire. Dat. 4. Non. Aug. FELICIANO & TITIANO CONSS. 337.

Et notitia [46] est ista [47].

[48] *Architecti* [49], *medici* [50], *pictores*, *statuarii*, *marmorarii* [51], *lectícarii* [52], *seu arcarii*, *clavicarii* [53], *quadrigarii*, *vel quadratarii*, (*quos Græco vocabulo* πικτὰς [54] *appellant*) *structores*, (*id est*, *ædificatores*) *sculptores ligni*, *musearii* [55], *deauratores*, *albini* [56], (*quos Græci* κονδίτας *appellant*) *argentarii*, *barbaricarii* [57], *diatretarii*, *aravii*, *fusores*, *figularii*, *fabricarii*, *bracharii*, *particarii*, *atque* [58] *libratores*, *figuli*, (*qui Græce dicuntur* κεραμεῖς) *aurifices*, *vitrarii*, *plumbarii* [59], *specularii*, *eborarii*, *pellones* [60], *fullones*, *carpentarii*, *sculptores*, *dealbatores* [61], *cursores*, *trigarii*, *cisiarii*, *bractearii*, (*id est*, πτυκλεγοί [62].)

2. Impp. CONSTANT. & CONSTANS, ad Leontium P.P.

MEchanicos [63], geometras [64], & architectos [65], qui divisiones partium omnium, incisionesque servant, mensurisque & institutis opera fabricationibus stringunt: & eos, qui aquarum ductus, & inventos modos docili libratione ostendunt, in par studium docendi atque discendi nostro sermone compellimus. Itaque immunitatibus gaudeant, & suscipiant docendos, qui doce re sufficiunt. Dat. prid. Non. Jul. LEONTIO & SALLUSTIO CONSS. 344.

## TIT. LXV.
## DE [66] POTIORIBUS AD MUNERA NOMINANDIS.

*Justa est causa appellandi, si alius prior debet nominari.* Bart.

1. Imp. ANTONINUS A.

SI ipse vocatus ad munera [67] civilia, potiorem [68] alium nominandum putaveris, age [69] causam tuam.

1 Vid. quæ scripsi *ad l. 2. §. 2. ff. ad municipalem.* Goth. Adde Cujac. hic & *observat. lib. 2. cap. 13.* Mod. 2 Promisit. 3 Vid. *l. 8. ff. de vacat. munerum.* 4 *l. 1. §. 16. ff. de collat.*

5 Vid. Vall. *consil. 66. num. 3. lib. 1.* Amatis *decis. 118. n. 1.* adde *l. 4. fuger. de Incolatis. h. l. tit. 39.* Tedium. *decis. 149.* Grivell. *decis. Dolan.* 11. Anf. 6 Sive ab.

7 Roma communis patria est. *l. 9. ff. de vacat. munerum. l. Roma.* 33. *ff. ad municipalem. l. ult. D. de interdictis & relegat. l. in urbe.* 17. *ff. de statu hom. Nov.* 78. *c.* 5. Proinde qui Romæ docet, etsi natus in ea non sit, aut falarium non habeat, immunitatem habet.

8 Vid. *l. 22. §. municipes. 2. ff. ad municip.* 9 Vid. *l. 5. quibus ex causis in integrum restitutio.* 10 A patrimonialibus oneribus sexus non excusat. vid. Decium *ad l. 7. ff. de reg. jur.* 11 A patrimonialibus muneribus mulieres non excusantur. *l. pen. fuger. de vacat. patr.* sed ea agnoscunt apud originem propriam. *l. 12. C. Theod. de nativis.* non apud domicilium mariti. A personalibus excusantur, imo interdicuntur: exceptis quibusdam, quæ sexui earum congruunt, *l. pen. fuger. de vis, qui num. lib.* quæ tamen non apud originem suam obvent, sed ubi est domicilium mariti. *l. ult. fuger. de incol.* Mod.

12 Vid. *l. 9. fuger. de mun. patrim.*

13 *lib.* 50. *tit.* 7. *ff.* 14 *l. 1. fuger. qui numero liberorum.* 15 A legationis munere, quod personale est, quia viaticum & legativum de publico datur, tres liberi excuflant, vid. Cujacium *ad l. 1. fuger. de iis qui mun. lib.* & Marcum Vertranium *de jure lib. c.* num. 18 V. *l. 1. ff. h. t.* 17 Desertæ legationis crimen est. 20 Al. *desertæ.* Æschin. & Demosthenis orationes. 21 Transmarina legatio in pari itineris spatio majorem dilitionem habet. 22 Legationis functis biennii vacatio datur, *ut ibi*, & *l. 2. fuger. de immunitate, non continuandis. l. Paulus.* 8. §. 1. *l. vicarius.* 13. *ff. de legationib.*

23 Onerum. 24 Percepit. 25 In umbratili, al. *subumbratili.* 26 Honoribus. 27 *C. Th.* 12. 12. 12. 28 *Consilium, in C. Th.* 29 Adde *l. 6. infr. h. t. tit.* 41. 30 *Vestræ sedisli, in C. Theod.* 31 Imo referendum, *l.* 10. §. *de munerib.*

32 *Perferatur, in C. Theod.* 33 *Absq; a C. Th. & quib. lib.* 34 *Vobis sciri, in C. Theod.* 35 Sint, al. *sint.* 36 Al. *deest, ut in C. Theod.* 37 Major pars quod approbat, exteri comprobasse intelligntur. *l. 19. ad municip.* 38 *C. Theod.* 12. 12. 15 39 *l. 5. in pr. fuger. h. t.*

40 *Absunt a C. Theod.* 41 *Inexcusabilis, in C. Theod.*

42 *C. Theod.* 13. 4. 2. 43 Brevem vocat notitiam, quam mox subjicit.

44 Sic recte, *ut in C. Theod.* al. *uriis sanctis*, sed perperam. 45 *Edificentis, in Cod. Theod.* 46 *l. 2. §. 1. l. 5. §. quisquis. 12. l. 6. ff. de jure immun.* 47 Et est hujus notitiæ eruditissimum Cujacium, sine cujus commentariis fruitra quis hos libros



posteriores in manus sumet. *Mod.* 49 Quædam hic sunt omissa e *C. Theod.*

50 *Medicedici*, vidlet legisse *Acc.* utrumque retinendum censet *Cujac.* 51 Marmorarii sculptores marmorum. 7. *Cass.* 5. 52 *Lectarii seu laccarii*, legit Cujac. *ex vet. lib.* lectarii sunt, qui fabricant lectos: *laccarii*, qui fossas, vel puteos fodiunt: sed lectarii sunt, qui lectícas fabricant. 53 Al. *clavidarii.* 54 *Lucenius ex Bassi.* Cujac. λαβάστρας, vide Veget. 2. *c.* 11. 55 *Musimarii, in C. Theod. Musivarii.* & ita land. *ad Vitruv.* 7. *c.* 1. 56 Albarii. 57 Barbaricarii, qui barbarica, id est, ornamenta ex auro conficiunt. Donat. in 2. *Æneid.* 58 *Aquæ libratores, in C. Theod.* 3. *Var.* 52. 59 *Plumarius*, & sic Græcos legisse scribit *Cujac.* de quibus *supr.* dixit? an gypsoplastræ, de quibus Cassiod. 5. *Var.* 5. ubi vide de parietum infructore, aris futore, camerum seu camerarum rotatore, quos sub Cura Palatii fuisse refert. 60 *Pellones* enim significat bracteam atque folium. *Cont.* 61 Recte sic, non ut antea, *Mathematicos*, nam hi reticiebantur. *Goth.* Mechanicos autem hic specialiter significare censet Cujacius eos, quorum ingenio & inflitutione funt organa mechanica, pneumatica, automataria. Dat autem vacationem perfonalium munerum, nec tamen ideo remiffe cenfentur tutelæ, ut diximus *in l. 3. fuger. de mun. patrim.* itaque nihil obftat *l. geometræ. ff. de exc. tut.* Mod.

64 Geometris datur immunitas, *ut ibi*, cum & ex conftitutione Theodofii fpectabiles fint: non tamen data cenfetur a tutelis. *l. Geometræ.* 22. *ff. de excusf. tut.* Nam generaliter data immunitate, femper tutelæ exceptæ videntur, *l. 2. fuger. de munerib. patr. h. l. tit.* 41. de Geometria Chaldæis inventa, ab Ægyptiis recepta, ejusdem ufu vide Cassiod. 3. *Var.* 52. 65 *l. 1. §. architecti. fuger. h. t.*

66 2. Paul. *fent.* 28. *tit* 29. *l.* 46. *fuger. de decurionib. l. 7. ff. de decurionib.* 67 Potiores ita nominantur ad tutelam, *l. 2. ff. de fideiuffor. & mutuo.* 68 Nominare potiores folent, qui ad munera publica vocati, *ut ibi*, *l. ad fuberunda.* 46. *fuger. & l. 7. ff. de decurionib.* Potiorem autem non recte nominare is videtur, qui caufam nominati potioris non expreffit. Paul. 2. *fent.* 28. §. 1. Contra potiorem nominat, qui caufam expriminit: caufam, inquam, generis & facultatum. Potior enim quis effe debet, non folum grado generis, fed & rei familiaris fubftantia. Paulus *ibid.* §. 2. Facultates potiores fpectamus, quam propinquitatem generis. adde *l. 3. fuger. quemadmodum civitas mutara. h. l. tit.* 42. 69 Quid fi potiorem quidem nominaveris, & is facultatibus lapfus fit? nominator tenetur perinde ac fi fidejuffiffet. *l. 1. l. 2. infr. de periculo nominatorum. l. 11. tit.* 33. Goth. Adde *l.* 11. *ff. de mun. & honor. l.* 3. §. 15. *D. h. t.* Anf.

## TIT. LXVI.
## SI PROPTER INIMICITIAS CREATIO FACTA SIT.

*Creatio facta de aliquo propter inimicitias, facit aliquem, si vult, posse appellare.* Bart.

1. Imp. ALEXANDER A.

SI [1] propter inimicitias ad munera civilia creatus es, hanc tibi nominationem non nocere, Præfidis æquitas faciet: cum & publicæ utilitatis [2] interfit, non ex amicitia [3] creationes fieri debere, sed æstimatione [4] vera, & commodo Reipublicæ.

## TIT. LXVII.
## DE SUMPTUUM RECUPERATIONE [5].

*Electus, qui habet excusationem, recuperat sumptus, quos fecit in lite, ab eo, qui eum nominavit.* Bart.

1. Imp. GORDIANUS A.

MUneribus civilibus non fungeris, quæ personis mandantur, si quinque [6] filios incolumes habeas: At si contra id privilegium ad munus fatigandi tui causa, quidam te devocaverint, tuque appellatione interposita [7] securitatem reportaveris, a nominatoribus [8] sumptus, quos in litem feceris, recuperabis.

## TIT. LXVIII.
## SI POST [9] CREATIONEM [10] QUIS DECESSERIT.

*Onus subeundi munera non transit ad heredes mortuo patre.* Bart.

1. Imp. GORDIANUS A.*

SI ante diem subeundi honoris atque muneris pater tuus defunctus est: conveniri [11] eo nomine heredes [12] ejus non oportere, Præses provinciæ minime ambiget.

## TIT. LXIX.
## DE [13] TABULARIIS [14], SCRIBIS [15], LOGOGRAPHIS [16], ET CENSUALIBUS [17].

*Notarii si ad aliquam militiam, vel aliud officium transeunt: removentur intra quinquennium, non postea.* Bart.

1. [18] Imp. ALEXANDER [19].

NUlli [20] omnino ex tabulariis, vel scribis, vel logographis [21], eorumque filiis, in quocunque officio militent, sed ex omnibus officiis [22], nec non etiam si intra nostrum palatium militant, necdum impleto quinquennio reperti & retracti, protinus officiis municipalibus reddantur. Datum 8. Kalend. Jul. *Lauriaco*, MARCELLINO & PROBINO CONSS. 341.

*Si decurio officium notariatus assumpserit, privilegium decurionatus amittit.* Bart.

2. [23] Imp. GORDIANUS A.

QUicunque decurionum sponte se censuali ministerio mancipaverit, conditionem habeat, quam ipse elegerit, depositurus sui ordinis penitus dignitatem, si [24] eum necessitas quæstionis subeundæ invenerit. Dat. 15. Kal. Octobr. CP. RICHOMERE & CLEARCHO CONSS. 384.

*Servus non potest esse tabellio.* Bart.

3. Imp. ARCAD. & HONOR. AA. Hadriano P. P. [25].

GEnerali [26] lege fancimus, ut sive solidis [27] provinciis sive singulis civitatibus necessarii fuerint tabularii [28]: liberi [29] homines ordinentur: neque ulli deinceps ad hoc officium patefcat aditus, qui sit obnoxius servituti. Sed & si quis dominorum servum suum, sive colonum chartas publicas agere permiserit: (consensum [30] enim non ignorantiam volumus obligari) ipsum quidem in quantum interfuerit publicæ utilitatis pro ratiociniis, quæ servo sive colono agente tractata sunt, obnoxium detineri: servum autem competentibus affectum verberibus fisco addici: dominorum [31] enim interfuit ab initio providere, ne publicis actibus privata servitia immiscerentur. Dat. 8. Kal. April. *Mediolani*, VINCENTIO & FRAVITTA [32] CONSS. 403.

4. Imp. THEOD. & VALENT. AA.

BOëthos, logistas, medogrammateos [33], logographos, diasloeas (quæ vocabula publicis dicuntur subjacere necessitatibus) sive quolibet alio nomine nuncupentur, non honore, aut alicujus privilegii colore subnixos, pro definitione legum inexorabilium suam fortunam subire compelli: quatenus nec publicis quidquam noceatur, aut minuatur utilitatibus, & suis corporibus illi reddantur, quos vel patris, vel majorum obligatio, vel sua constringit.

## TIT. LXX.
## DE [34] SUSCEPTORIBUS [35], PRÆPOSITIS [36], ET ARCARIIS [37].

*Susceptores debent a solvente sine mora solutionem suscipere: alias puniuntur.* Bart.

1. Imp. CONSTANTINUS [38] A. ad Eufraxium Rationalem trium [39] provinciarum, post alia [40].

SUsceptores [41] publicos absque omni mora aurum censemus suscipere: ne quis per hanc occasionem sumptus facere compellatur. Nam si solvere volens, a suscipiente fuerit contemptus, testibus adhibitis contestationem debebit [42] proponere [43]: ut hoc probato, & ipse securitatem debitam, commissi nexu liberatus [44], cum emolumentis accipiat: & qui suscipere neglexerit, ejus ponderis, quod debebatur, duplum [45] fisci rationibus per vigorem officii Præsidis inferre cogatur. Quod [46] autem susceptores, judice, cujus interest, negligente [47] violaverint [48], ex [49] ipsius Judicis facultatibus farcietur [50]. Dat. 14. Kal. Aug. PAULINO & JULIANO CONSS. 325.

*Ad nominatores susceptorum in subsidium deveniitur, nec licet ab eis emere.* Bart.

2. Impp. VALENT. & VALENS AA. [51] ad Secundum P. P.

JUxta inveteratas leges nominatores [52] susceptorum, & eorum, qui ad præposituram horreorum, & pagorum [53] creantur, obnoxii teneantur, si minus idonei sint, qui ab eisdem fuerint nominati [54]: nec quidquam ex eorum substantia, celebrata per interpositam personam emptione, mercentur. Dat. 3. Kal. August. CP. VALENTIN. & VALENTE AA. CONSS. 365.

*Ei debet solvi, qui est officialis tempore solutionis, non ei, qui fuit tempore, quo fieri debuit solutio.* Bart.

3. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Mamertinum P. P. [55].

SUsceptores novi non modo [56] præsentis anni debita, verum etiam species, quas [57] ex reliquis inferunt, quia novæ sunt ac recentes [58], suscipiant. Dat. Prid. Kalend. Novembr. *Romæ*, VALENT. & VALENTE AA. CONSS. 365.

*Non debet quis in officio reformari, nisi primi officii rationes reddiderit.*

4. Iidem AA. ad Florentium Com. S. L. [59].

NEminem susceptionis munere functum ad idem munus adstringi, nisi [60] se prius vinculo solicitudinis superioris absolverit. Nam neque eos, qui placuerint, gravare, justi [61] est, neque eos, qui displicuerint, tencre, prudentis est. Integro igitur singuli [62] anniversario anno transcursio cogantur exponere, quibus titulis suscepta dispserint: ut facilius si quis in furto fuerit deprehensus, recentem queat redintegrare jacturam, non perpetui [63] autem exactores tenentur in continuata vexandorum provincialium potestate, velut concussionum dominatione: sed per annos singulos judiciaria fedulitate mutentur, nisi aut consuetudo civitatis, aut auctoritas [64] ordinis eos per biennium esse compellat [65]. Dat. Prid. [66] Kal. Decembr. *Constantinop.* HONORIO N. P. & EVODIO CONSS. 386.

5. Iidem AA. ad Germanianum Comitem S. L.

QUotiescunque [67] certa summa solidorum pro tituli qualitate debetur, aut auri massa transmittitur [68], in septuaginta [69] duos solidos libra feratur accepta. Dat. 6. Id. Jan. *Romæ*, LUPICINO & JOVINO CONSS. 367.

6. Imppp. VALENT. VALENS & GRAT. AAA. 70 Probo P. P. [71].

FRumenta, quæ horreis inferuntur, pro illationis modo illico [72] apocharum cautionibus adnotentur: non autem oportet in horreis fiscalibus, nisi fiscalia frumenta contlsiui. Dat. 5. Id. April. *Treveris*, post consulatum GRATIANI A. III. & EQUITII V. C. 374.

1 *L. 6. §. 17. ff. de excusat. l. 1. §. 1. ff. de vacat. muner. §. 11. Inst. de excusat.* 2 *Æquitatis, al.* utrumque deest, & legitur *publice.* 3 Inimicitia. 4 Æxtimatione. 5 *Sub.* si quis contra legis privilegia & excusationem injuste fit nominatus. 6 Vide *l. 4. in pr. ff. de muneribus.* 7 Appellationem interpositam. 8 *l. 2. supr. de decurionib. l. 1. in fin. ff. de tutor vel curator.*
9 Al. *ante.* 10 Creatio hic nominatio ad munera: *l. 1. supr. quemadmodum civilia munera indicuntur. h. l. tit. 42.* unde creator, nominator. 11 Convenire.
12 *l. 1. supr. de decurionib.*
13 Al *De tabulariis logographis, id est, scribis censualib. C. Theod. lib. 8. tit. 2.*
14 *Tabularii* pertinent ad ea, quæ publice inferuntur. 15 *Scribæ* funt magistratus municipalium. 16 *Logographi* tributorum rationes scribunt. 17 *Censuales*, magistri census, in urbe operam accommodant. *l. uit. §. 16. ff. de muneribs.* 18 Al. *Impp. Constantius & Constans A.A. ad Catullinum P. P.* 19 *Impp. Constantius & Constans A.A. ad Catull. P. P.* 20 Nullus. 21 Al. *logographis*, al. *bolographis.*
22 Curiis officiisque. 23 Al. *Impp. Gratianus, Valentin. & Th. A.A. A.*
24 Vide *l. 33. supr. de decurionib.* 25 *C. Theod. 8. tit. 2. l. 5.* 26 Servus non potest esse tabellio. *Bart.* 27 Solidæ provinciæ, integræ, non pars earum.
28 Tabellaris, in *C. Theod.* 29 Tabularii actus, olim erat argumentum servitutis. adde *l. 1. ff. de re militari. l. 3. supr. de servis Reipub.* vide quæ nouvi ad *l. 2. ff. rem populi.* vide Conanum 2. *commentar. 2.* 30 Consentientes soli obligantur, non ignorantes. 31 Culpa adferibitur autori. 32 Al. *Fabricio.* 33 Legendum *demogrammateos*: Verum Cujac. hunc locum ita emendat: *Boëthos logistarum. demogrammateos logistæ, sunt curatores reipub.*
34 Περὶ ἀφειμένων τῶν ὑποδεκτῶν καὶ καὶ ἀνῶν &c. De horreariis, qui & susceptores dicuntur, & de horreis, & de species in iis reconditis. *Synopf. Basil. lib. 56. tit. 11. cap. 7.* 35 Susceptores funt, qui annonis & tributis utriusque ærarii recipiendis occupantur. *L. cum possess. §. ff. de censib.* 36 Præpositi funt, qui horreis, in quibus species fiscales deponuntur, præsedi. 37 Arcarii, qui his quæ in arcam præfecto prætorio inferuntur, suscipiendis præpositi funt. Cujac. *hic*, unde arcarii Præfectorum dicuntur a Cassiodoro *lib. 1.* vide *l. 1. §. 2. ff. de munere*, adde *l. 25. supr. de sacros. eccles.*
38 Al. *Antonius.* 39 Tres autem hæ provinciæ funt Siciliæ, Sardiniæ, & Corsicæ: ut constat ex notitia imperii, *l. 1. C. Theod. comm. divid.* 40 *C. Theod. 12. 6. 2.*
41 *L. uit. J. h. t.* Goth. Vide Zanger. *de except. part. 3. cap. 2. num. 151.* Anf.
42 Præsumitur enim pro quolibet officiali. Alciat. 3. *prosumpt. 15.* 43 Opponere.
44 Solutionis liberat etiam a publicis editis. *ut hic.* adde *l. 9. supr. de solut.* Imo non liberat. *l. 72. ff. de solut.* 45 In duplum. 46 Quos. 47 Negligentem.
48 Violaverit. 49 Et ex. 50 Sarcientur. 51 Al. *Alexander A.*
52 Adde *l. 3. §. de conveniendis fisci debitoribus.* 53 Pagorum præpositura, unde pagis præpositi. Euseb. 9. *cap. 1. l. 51. Cod. Theod. de erogat. militaris annonæ*: πάγαρχοι. *Novell. de Alexandrinis, l. 49. C. Theod. de decurion. l. 1. Cod. Theod. de pagoribs.*
54 Susceptores canonum & præpositi horreorum creantur sine & periculo nominatorum: quod jus vetustissimum est. *l. 8. J.* Nominator ex nominati bonis emere nihil potest per se vel per alium, quod quasi singulare notandum. Nemo enim dicet fidejussorem, quem inexcusso principali convenire licet, nihil posse emere ex principalis bonis. At nominatorem, quem inexcusso nominato convenire non licet, dicemus hac lege ex ejus bonis emere nihil posse, ne scilicet, qui idoneum eum præstare debet, cum eo contrahendo, quo minus sit idoneus efficiat. *Mod.* 55 *C. Th. 12. 6. 10.* 56 Al. *non præfectis.*
57 Quas in. 58 Al. *ad crescentes.* 59 *C. Theod. 12. 6. 11.* 60 Adde *l. 9. §. 2. ff. de publican.* 61 Al. *justitiæ*, al. *justitia.* 62 *l. 3. J. de executorib. l. 12. tit. 61.* 63 *Ex l. 22. hoc tit. C. Theod.* 64 Ratitas, legendum existimat Cujac. *id est*, paucitas hominum. *Grace τὸ πυκνὸν.* 65 Al. *Dat. 15. Oktob. Mantebri, Gratiano NB. P. & Dagalaifo Cons.* 66 Dat. 15. *Kal. Octobr. Mantebri, Gratiano NB. P. & Dagalaifo Cons.* 67 *Ex hoc tit. l. 13. C. Theod.* 68 Constitutum enim fuit, ut solidi ex quocunque titulo fiscali collecti in massam auri redigerentur, atque ita pro solidis mafla ad conflatum transmitteretur. *l. 12. & 13. C. Th. h. t.* & inde aula, *Scrinium aurea massa*. proinde intereft fcire, quanti libra auri æftimetur, ut fciatur illata mafla, quot folidi illati fint. *Mod.* 69 Libra feptuaginta duos folidos habet. *Synopf. Basil. 56. tit. περὶ ζυγοστάτων, tit. 5. cap. 15.* vide Cujac. 17. *observ. 9.* Goth. De Affis & folidorum in aliem computatione vide *cenfur. forens. nuftrans ith. 2. c. 8. num. 11.* S L.
70 Alii *ad Chilenem.* 71 *C. Theod. hoc tit. l. 16.* 72 Vide *l. 3. supr. de conditis in publicis horreis. h. lib. tit. 26.*





7. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Have Hypati K. N. [1].

DIu [2] minime penes ipsos susceptores maneat facta collatio: sed statim [3] quodcunque a provincialibus fuerit exfolutum [4], facris thesauris inferatur. Dat. 3. Kalend. Maji, *Constantinop.* post Consulatum ANTONII & SYAGRII, 384.

8. Iidem AAA. Cynegio P. P. [5].

EXactores vel susceptores [6] in celeberrimo cœtu curiæ [7], consensu & judicio omnium [8] subactorum testificatione firmentur: provinciarumque Rectores [9] eorum nomina, qui [ad] publicum [10] munus officii editi atque obligati fuerint, innotescant: & animadvertant [11] quicunque nominaverint [12], ad discrimen suum universa, quæ illi gesserint, redundare. Datum 6. Kalend. Nov. *Constantinop.* HONORIO N. P. & EVODIO CONSS. 388.

9. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Cynegio P. P. [13].

MOdios [14] æneos vel lapideos cum sextariis [15] atque ponderibus per mansiones [16] singulasque [17] civitates justimus collocari: ut unusquisque tributarius sub oculis constitutis rerum omnium modis, sciat, quid debeat susceptoribus dare: ita ut si quis susceptorum conditorum modiorum sextariorumque [18] vel ponderum normam putaverit excedendam, pœnam se sciat competentem esse subituram. Et subinotis quæ contra utilitatem populorum omnium hactenus gesta sunt, frumenti [19] quinquagesimas, hordei quadragesimas, vini & lardi [20] vicesimas suscceptoribus dari præcipimus. Humanitatis autem necessitate commoti [21], in Armeniæ partibus suscceptoribus longinquitatis causa, frumenti & hordei quadragesimas, vini & lardi quintasdecimas dari præcipimus. Dat. 4. Kal. Dec. *Constantinop.* HONORIO, N. P. & EVODIO V. C. CONSS. 386.

10. Iidem AA. Cynegio P. P. [22].

SUsceptores præsentibus defensoribus & modum jugationis possessorum, & species singulas, vel eorum [23] numerum quantitatemque describant [24]. Dat. 4. Kalend. Decembr. CP. TIMASIO & PROMOTO CONSS. 389.

11. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Benigno Vicario urbis Romæ [25].

SEcuritates [26] semel publicatas & gestis lectas vini [27] susceptoribus imputari, & cœptam mercedis discussionem [28] volumus in apertum quæsita ratione deduci, & omnes publicas securitates [29], quæ gestis tenentur, a susceptoribus accepto ferri. Dat. 6. Idus Jun. *Mediolani*, STILICHONE & AURELIANO CONSS. 400.

*Non potest quis exercere officium, in quo semel deliquit.* Bart.

12. Iidem AA. Pompeiano [30] PC. Africæ.

SI [31] aliquid [32] a susceptore, vel a tabulario fraudis admissum esse possessor deprehendat: nemo eorum semel de interversione [33] convictus, id [34] rursus officium gerat, in quo ante decoxit [35], etsi rescriptum nostrum elicitum clandestina [36] supplicatione [37] intulerit. Dat. prid. Kalend. Januar. *Mediolani*, STILICHONE & AURELIANO CONSS. 400.

13. Iidem AA. [38] Lucio Comiti sacrarum largitionum [39].

DUos tabularios, [seu numerarios [40],] & susceptores totidem, per universas provincias oportere constitui, clementia nostra præcepit. † Scire autem volumus, Prætorianam amplissimam Præfecturam, eos [41], qui arcum largitionale susceperunt [42], nihil cum arcæ [43] ratiociniis habere commune: Judices autem provinciarum quinque libris auri multandos, & primates Officiorum capitali pœna plectendos, si hoc non fuerit custoditum. Dat. 6. Kalend. Februar. BASSO & PHILIPPO CONSS. 401.

14. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Euchario [44].

HUmilioribus officiis, aut extraordinariis oneribus occupari [45] curiales non patimur, ne publica vacillet utilitas. Susceptorem [46] itaque vestium æquius est ab officio Proconsulari, vel ab his, qui in eodem meruerunt [47], solenniter procurari. Horum namque interest hujusmodi explorare rationem & quærere qualitatem eorum, quorum ad constituendum [48] commodior cura est: Neque enim æquum est, ut ad officium lucra, ad curialem susceptionis tantum damna pertineant. Hanc igitur ab ordinibus injuriam submovemus: exceptis his, qui curialium in officio memorato, aut militasse, aut militare fuerint deprehensi. Dat. [49] prid. Kal. Mart. *Ravennæ*, HONORIO IX. & THEODOSIO V. AA. CONSS. 412.

15. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Volusiano P. P. post alia [50].

AUrum sive argentum quodcunque a possessore confertur [51], arcarius vel susceptor accipiat: ita ut provinciæ moderator, ejusque officium ad crimen suum noverit pertinere, si possessoribus ullum fuerit ex aliqua ponderum [52] iniquitate illatum dispendium: & quidquid ex provinciis ad nostrum dirigitur ærarium, id ad illustres viros ærarii [53] nostri Comites [54] relatione deferatur. Dat. 3. Kal. Mart. *Ravennæ*, post Cons. FELICIS & TAURI VV. CC. 430.

## TIT. LXXI.
## DE [55] PONDERATORIBUS [56], ET AURI ILLATIONE.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Eufraxium Rationalem trium provinciarum.

AUrum [57], quod [58] infertur a collatoribus, si quis vel solidos voluerit, vel materiam appendere, æqua lance, & libramentis paribus suscipiatur. PP. 14. Kalend. August. PAULINO & JULIANO CONSS. 325.

2. Imp. JULIANUS A. ad Mamertinum P. P. [59].

QUotiens de qualitate solidorum orta fuerit dubitatio, placet, quem fermo Græcus Zygostatem [60] appellat, per singulas [61] civitates constitutum, qui pro sua fide, atque industria neque fallat, neque fallatur, contentionem dirimere [62]. Datum 9. Kalend. Maji, *Salone*, JULIANO A. IV. & SALUSTIO CONSS. 363.

## TIT. LXXII.
## DE AURI PUBLICI PERSECUTORIBUS [63].

*Susceptores non debent pecuniam acceptam sine licentia in massam redigere, & habita licentia retardare.* Bart.

1. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P. P. [64].

AUri persecutores partem nulla præmissa (ut assolet) persecutoria [65], aurum [præsumunt] persequi [66]: partim diutius retentant, quod statim [67] fuerat adsignandum. Ideoque censemus, ne quis absque præcepto viri illustris comitis sacrarum largitionum, vel coquendum [68] aurum sumat [69], vel capiat deinceps retinendum. Dat. 13. Kal. Aug. HONOR. VIII. & THEOD. III. AA. CONSS. 409.

## TIT. LXXIII.
## DE HIS, QUÆ EX PUBLICA COLLATIONE ILLATA SUNT, NON USURPANDIS.

*Pecuniam publicam non potest quis accipere mutuo, vel alio titulo, vel in suam utilitatem aliter convertere.* Bart.

1. Imp. CONSTANTINUS A. 70.

NUllus Judicum id quod a republica [71] ex collatione suscepetit [72], mutui interventione oppofita, vel invadat [73], vel conetur [74] invadere. Datum Prid. Non. Mart. *Treveris*, PAULINO & JULIANO CONSS. 325.

2. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Have Lampadi K. N. [75].

NUllus penitus ex eo, quod refertur in conditis, vel in arca continetur, ad quemlibet titulum [76] usurpet: nisi forte præfumendi facultatem sublimium potestatum jussione perceperit. Dat. 3. Id. April. *Constantinop.* ANTONIO, & SYAGRIO CONSS. 382.

1 *C. Th. h. t. 17.* 2 Susceptori pecunia publicæ exactam quantitatem non licet fenerare, vel aliter ea uti. *d. cap. 15.* adde *l. 1. supr. de canone largitional.* 3 Tributa ftatim thefauris inferenda provinciæ, ne diu fint penes fufceptores. *l. 1. §. de canon. largit. tit. h. l. tit. 23. l. un. supr. de offic. comit. sacr. largitl. l. un. J. de auri publici persecutoribus. h. lib. tit. 72.* 4 Solutum. 5 *C. Th. hoc tit. l. 20.* 6 Susceptores publicorum tributorum ex decurionibus creantur, *ut l. 4. §. de excusat. tribun.* quod tamen eis ademit Anastasius conflictis vindicibus. 7 Ordo curiæ vocatur vel susceptores creat fuo periculo, & creationem intimuat præfidi: non tamen fufceptores rei privatæ, quorum creatio ad curiam non pertinet. *l. 9. §. de jur. fisc.* nec fufceptores veftium, quorum creatio pertinet ad proconfulare officium. *l. pen. hoc tit. l. 4. C. Th. h. t.* Mod.
8 Pars major quod facit, omnes videntur feciffe: quod in executoribus teftamento datis, & compromiffariis electis hac formula, *ut quod omnes fecerint, ratum habeatur*, notandum. Satisfactum enim formulæ videbitur, etiamfi non omnes, fed majori ex parte fecerint.
9 Rectoribus. 10 *Al.* deeit, & poftea legitur, *publice omne*, al. *publicum munus.*
11 Vide *l. 2. supr. h. t.* 12 Nominaverit. 13 *C. Theod. h. t. l. 21.*
14 Μόδιοι χαλκοῦ ἢ λιθίνοι &c. Modii ænei, & lapidei confici debent, ut unusquisque tributarius fecure folvat. *Synopf. 56. hoc tit.* adde Suidam *in μασόωμα, & l. 1. §. de conditi. in publicis horreis. h. l. tit. 26.* 15 Menfuræ iniquæ prohibentur. Pondera eodem modo iniqua prohibentur. *l. uit. J. h. t. l. pen. supr. de deferof. civit. Novell. 128. cap. 15.* 16 Manfiones quid, dixi in *l. 2. infr. de furtis advocat. l. 12. tit. 62.*
17 Singulas quasque. 18 *Alias deeft*, que. 19 Ut fufceptores frumenti, quinquagefimam: hordei, quadragefimam: vini & lardi quintamdecimam accipiant. *Synopfis h. t. 2.* Harmen. 6. § 2. Fufceptoribus rerum, para ita certa rerum ipfarum datur. Sic optionibus, id eft, erogatoribus militaris annonæ decimaquinta pars copiarum dabatur. *Novell. 130. cap. 1.* 20 *Lardi*, in *C. Theod.* 21 Commoniti.
22 *C. Theod. hoc tit. l. 23.* 23 *Earum*, in *C. Th.* 24 *Prescribant*, in *C. Theod.* 25 *C. Th. h. t. l. 26.* 26 *l. 2. supr. de quæst. præser. l. 5. supr. de diffiffiorib. h. t. tit. 30.*
27 Sic forte legendum, non, *binis*, ut in *C. Theod.* Hinc autem area vini. 28 Cujac. legit, *& captam area discussionem*, interpretatur arcam hoc loco ynariam, de qua *Ritaus Th. P. & Dagalaifo Conf.* 29 Omnes legendum et *de ipsi susceptoribus* non *tribus* imputari debere, ut & captam arcæ vinariæ difcuffionem rationique redditionem perficiendam & publicandam. *Mod.* 29 Id eft, Harm. 2. §. 13. 30 *C. Theod. h. t. l. 27.* 31 Fufceptor aut tabularius (ὑποδέκτης ἢ τάβουλάριος) femel cifra miffarium fuum convictus, non amplius idem officium gerat. *Synopfis ibid. cap. 9.* Ita tabellioni, qui femel falfum admiferit, poftea fides non ohibetur. 32 Quis.
33 Interverfores qui. *l. 8. §. de jure fisci.* 34 Olficium id exercere nemo amplius poteft, in quo femel deliquit & condemnatus eft. vide Corfinum *fingul. Tabellio.*
35 Decoctores. *hic*, & *l. 40. §. de decur.* vide quæ dixi ad *l. 2. infr. de pedat. fuerar. largit. l. 12. tit. 24. l. unic. supr. ad leg. Jul. de ambitu.* 36 *Hoc eft*, obreptitia. *Goth.* Sed fi rescriptum infinuatum fuerit præf. præt. valere putat. *arg. l. 8 pub. J. de cas. princ. l. fin. A.* 39 *C. Theod. l. 30.* 40 Hæc adjecit Tribonianus, quæ abfunt a *C. Th.* 41 Tributorum titulli non fint conftituendi: ut quod uni arcæ inferendum fit, alteri non inferatur. *l. 3. §. de canone largitionalium titularum. h. lib. tit. 23.* 42 Officiorum confufionem prohiberi, hinc colligit Bart. 43 Arcæ P. Prætorio fit mentio *in l. 22. infr. de curfu publ. l. 12. tit. 51.* ubi dixi. 44 *Ex C. Theod. h. t. l. 31.* 45 Vide *l. 25. supr. de decurionib.*
46 *Fufceptionem, in C. Theod. & quib. lib.* Goth. De fufceptoribus veftium militarium & cœtur folere officia proconfularia hanc fufceptionem procurare. *l. 4. C. Th. hoc tit.* pro intellectu hujus l. vid. Ravvard. *confect. lib. 3. cap. 8.* Anf. 47 Hoc ipfo fitis fignifi. ad legem hanc vid. Cujacium *l. 2. obferv. c. 8.* Mod. 48 *Contaucdum, in C. Theod.*
49 Al. *Kal.* 50 *Cod. Theod. h. t. l. 32.* 51 Statim. *l. 1. supr. h. t.*
52 Pondera iniqua prohibita. vide *l. 9. supr. h. t.* 53 Comites ærarii, largitionum privatarum comites. 54 *In C. Theod. non folum ad illuftr. vir. ærar. nufr. fed etiam ad eminentiam tuam pari relatione &c.*
55 Περὶ ζυγοστατῶν τῶν οἰκουμενικῶν ὑποδεχομένων. De ponderatoribus, qui collationes fufcipiunt. *Synopfis Basil. 56. tit. 5.* adde *Edict. Juftinianei 11.* 56 Al. *ponderationibus.* 57 *Ex lib. 12. tit. 7. l. 1. C. Th. confer.* detractum enim eft initium, & cæftera valde immutata. 58 Æqua lance fufcipienda funt, quæ inferuntur, habente *Th. l. 12. tit. 7. l. 2.* poft alia. *Cont.* 59 Sic in *C. Theod. Juftiniani 1. cap. 2.* 60 Id eft, ponderatorem. 61 Vide *Edict. obfig.* Goth. Quatenus & quibus calibus peritis in arte fit credendum, vide *l. 9. l. 10. §. qui latiod. l. 1. supr. de monetarib. C. in pun, h. lib. tit. 62. l. hac edictali. §. fi illud. supr. de fecund. nupt.* Anf.
63 Cujacius legit, *auri profecutores*, & fic dixit *l. 4.* Caffiodorus, *profecutores frumentorum: fic profecutores equorum, l. 1. J. de tributar. & stat.* fic *profecutores publicarum functionum, l. 9. J. de curf. publ.* fic denique *profecutores rerum. l. folent. ff. de curf. rur.* Mod.
64 C. Th. 12. 8. 1. 65 Perfecutoria, diploma auri perfequendi quod a Comite facrarum largitionum dabatur. *Cont.* 66. Aheft a *C. Theod.* 67 Vide *l. 1. §. de canone largitional. tit. h. lib. tit. 23.* 68 *Decoquendum*, Pyrrh. al. *ad coquendum*, id eft, confumendum & intervertendum. Cujac. hic puro legendum, *profequendum.* 69 Sumatur.
70 *C. Theod. 12. 9. 1.* 71 Ad rempubl. 72 Vide *l. 1. supr. de bis, qui ex publicis rationibus. h. lib. tit. 6.* 73 V. *l. uit. J. h. t.* 74 Commineatur.
75 *C. Th. hoc tit. l. 2.* 76 Vide *l. uit. J. h. t. l. uit. §. de conditis in publicis horreis. h. l. tit. 26.*